



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Liber IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

rem, qui ē potestate diaboli uenerit liberaturus credentes, qui precibus & ieiunijs contra illius insidias inuigilant. Iam etiam modestiam animi humilitatemq; suis commendat, monens interim ne quē damnemus, aut repellamus protinus: ubi & de scandalo & correctionis necessitate atq; usū disputat.

LIBER III.

NVNC capitibus aliquot describit S. Marcus Cap. 10. colloquia quædam selecta & illustria domini, de arduis & ad uitam sanctam recte componendam maxime necessarijs, instituta, unde scilicet sancti discant quomodo se in mundo pie gerant. Et initio quidem disputat de coniugio, quod contaminatum pharisaicis traditionibus restituens integritati natuæ, repudiat. Deinde cū liberi sint coniugij fructus, secundo loco de illis agit, quid de ipsis quod salutē ipsorum attinet sentimus, docens ipsis ad deum esse perducendos. Tertio loco ponitur insigne domini colloquiu cum adolescentे opulento: ex quo uaria discuntur: deū uidelicet summis esse bonū: qua ad cœlos uia pateat: quanta sit humana miseria et stultitia. Docet enim quād difficerter diuites regnum dei ingrediātur. Post hæc differit de præmio uitatum modestiaq; eorum qui præmia accipiūt. Mox suis inculcat passionis suæ mysterium. Ibidem innotescit in-

EVANGELIUM

petitione Iacobi & Ioannis, quam in sole scat caro. Nam
hi duo petunt sibi dari à domino primatum in regno Chri-
sti: quos tamen sic compescit ut alijs quoq; eximat am-
bitionem & inuidiam, inserat autem modestiam & hu-
militatem. Sicut & in historia Bartimæi fidem inculcat.

Cap. 11.

Post hæc urbem Hierosolymorum regia ingrediens
pompa, ostendit se esse uerum & expectatum Messiam,
regem & sacerdotem populi dei. Iccirco pro officio suo
eijcit è templo ementes & uidentes. Execratur mox
ficum, in quo adumbrat tristia Hierosolymorum fata,
atq; rursus docet fidem. Opponunt se illi pharisei &
primates Iudeorum, & interrogant qua authoritate id
faciat quod facit: quos opposita quæstione retundit ua-
lidissime. Postremo annunciat ipsis iudicium dei, exci-
dium uidelicet & reiectionem, quam sua culpa nulla dei
morositate sint passuri.

Cap. 12.

LIBER V.

RE SPOND ET porro dominus mira cum me-
iestate ad quæstiones aliquot opidò utiles & nea-
cessarias. Principio enim differit de magistratu, iubens
ei quod debemus pendere. Deinde refutans Sadduceos,
Valeninianorum & Marcionitarum patriarchas, affe-
xit resurrectionē mortuorū, uitamq; futuri saeculi. Postea
disputat